Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Philippus Nerius. S. Zacharias Epis S. Carpus Epis. 26. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

[illegible]ppus Nerius. S. Zacharias Epiſ.
S. Carpus Epiſ. 26. Mai.

Amor Dei.

De dilectione conditoris lingua, mens & vita requirantur. Gregor.

Deus, qui B. Philippum Conf. tuum (S. Zachariam Epiſ. S. Carpum Epiſ.) SS. tuorum gloria ſublimaſti: concede propitius, vt cuius ſolemnitate lætamur, eius virtutum proficiamus exemplo. Per D. N. Ieſum &c.

Ora pro Pace &c.

1. S. Philippus Nerius presbyter è clero ſæculari Romæ magna virtutũ gratia ſæculo 16. illuxit, vtque eiuſdem cleri vitam ad optima prouocaret Congregationem Oratorij inſtituens multos præclaroſque viros habuit ſectatores, per quos pium inſtitutum eſt extra vrbem propagatum.

2. Zacharias Epiſ. Viennenſis Temporibus Traiani Imp. ordinatus dum Eccleſiæ augmentis per prædicationem intendit, à Pompeio Vicario captus, cum ad templum Martis duceretur verbo idolum contriuit, & ipſe ab Idolatris altero die extra portam triumphalem lapidibus eſt obrutus.

3. S. Carpus Epiſ. rigide pius, miſericodiæ melioris factus eſt exemplum cum ſeductorem inferno deuouens ab ipſo Saluatore edoctus eſt, eundem iterato, ſi opus ſit pro ſalute eius paſſurum fuiſſe. Tanta caritas Chriſti, bilem omnem Carpo ademit.